



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Præmittuntur quæ apud omnes sunt certa, & referuntur sententiæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

gentis cognovit omnia possibilia, & inter ea cognovit tres ordines rerum: scilicet natura, gratia, & unionis hypostatica, secundum quos potuit se communicate. Cognovit etiam omnia media quibus potest obtineri quilibet finis proprius istorum ordinum; & inter alia cognovit naturam & virtutem auxiliorum efficacium ordinis gratiae, & inaffabilem connexionem quam sine laetione libertatis habent cum actibus liberis pro quibus conferuntur. Supposita ista generali cognitione, secundum intelligentiam Deum voluisse ostensione sue bonitatis, secundum communicationem illius triplicis ordinis, taliter tamen ordinatam, quod prius voluerit Incarnationem, & inter alia pro gloria Christi voluit beatificare aliquas creaturas rationales; & licet beatitudinem illarum voluerit, ut medium respectu gloriae Christi, illam tamen voluit ut finem utriusque ordinis naturae & gratiae. Tertio, quia istam beatitudinem voluit efficaciter aliquibus ex creaturis rationalibus, & non aliis, quod est diligere & eligere eas, ut explicat D. Thomas huc art. 4. id est tunc intelligitur quasdam creaturas rationales præ aliis dilexisse & elegisse ad beatitudinem. Præterea, quia media perducentia illas creaturas ad beatitudinem, poterant esse diversa. Quartò judicavit bonum esse illas ad eam perducere per ista media determinata, & non per alia; & tunc quinquè voluntas Dei acceptavit & elegit ea. Sexto intellectus divinus ex motione voluntatis imperavit illa executioni mandari, post quem actum fuit in voluntate divina usus actus, seu decretum executivum de mediis in tempore exequendis, & tandem in tempore facta executio. Cum autem Deus sit actus purissimus, & omnis potentialitas, & compositionis expers, hi actus non possunt distinguiri realiter, aut formaliter, sed tantu virtualiter, vel per ordinem ad diversa objecta & connotata materialia ad quæ terminantur: quo etiam modo se invicem præcedunt, & habent rationem prioris & posterioris, ut alibi expolamus.

DISPV TATIO II.

De causis prædestinationis.

Ubis fons Nili erumpat, quæ prima tanti fluminis origo? tot curiosi scrutatores, frustrato semper labore inquisierunt; ut inter adūata & impossibilia, olim proverbialiter jaēaretur, fontes Nili invenire. Unde egregiè Lucanus lib. 10.

Ariani natura caput non prodidit ulli:
Nec licet populi parvum te Nile videre,
Amovitque sinus, & Genes maluit ortus
Mirari, quām nōs tuos.
Sed longè altior & secretior est divinæ prædestinationis origo, & unde fluat fluminis illius imperus, qui lætitat civitatem Dei, unde inquam hoc divinæ gratiæ flumen oriatur, difficile est explorare; nec ejus origo sciri potest, nisi ab eodem spiritu, qui solus abditissi nos divini cordis recessus scrutatur. Ejus ergo revelationi humiliter insistentes, divinæ prædestinationis causas & originem, juxta Scripturæ Sacrae, SS. Patrum, præsertim Augustini & Thomæ, dogmata nunc inquitimus.

Porrò hic non agimus de omnibus causis prædestinationis, nam taliis confit ex dictis, solum Deum esse causam efficientem illius, manifestationem divinarum perfectiorum, causam finali. Ac cum diuina imperii transmittentur creaturam inselle etialem in finem virtute eternitatem formalem. Et tandem creaturam rationalem, sive intellectualem, esse causam materiali, sive materiam circa quam illa versatur. Unde hic solum disputandum erit de causa motu prædestinationis, & discutendum, an illa sit divina bona, & gratitudo ejus dicitur circa electos, vel præscientia futorum meritorum?

ARTICULUS I.

An electio efficax prædestinationis ad gloriam sit purè gratuitæ, & merita praædicta antecedat, & supponat?

Hec celebris controversia non procedit de prædestinatione secundum suam rationem essentiale, considerata, & prout importat etiam divini imperii, in quo super ostendunt essentiam prædestinationis consistere, id est, la, prout dicit electionem efficacem salvandorum, quæ ad actum imperii præsupponitur. Ille de consulto diximus in titulo hujus articuli: electio efficax prædestinationis ad gloriam est.

S. I.

Premittuntur quæ apud omnes sunt, & referuntur sententia.

In hac questione duo certa & indubitate tenenda sunt, & aliud in controversiam revocatur. In primis de fide certum est, & in multis Conciliis contra Pelagianos definitum, electionem hominum ad primam gratiam & rationem, esse omnino gratuitam, & a meritorum præscientia independentem, ut egredit demonstrat D. Augustinus cap. 15. de prædest. Sicutorum, exemplo Christi, qui cum sit nostra prædestinationis exemplar, prædestinatus est ad gratiam unionis, abique illis præcedendibus meritis, & ex sola gratuitate Dei electione & dilectione. Est (inquit) præclarissimum lumen prædestinationis & gratiae ipsi Salvator, ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui ut hoc esset, quibus tandem suis, reperire, vel fidere præcedentia merita, nostra humana quæ in illo est comparavit? Respondetur quod ille homo ut a Verbo Patri coetero in unitatem perfici assumpsit, Filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit. Quod ejus bonus qualecumque præcessit, quod ergo ante quid, credidit quod petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Et tandem circa finem cipiis, sic concludit. Sicut ergo prædestinatus est filius natus, ut caput nostrum esset, ita & multi prædestinatus, ut caput nostrum esset, ita & multi prædestinatus, ut membra ejus solum. Humanæ his meritis invenientur quæ perierunt per Adam, & regnus queritur Dei gratia per Iesum Christum Domum nostrum. Quibus in capite nostro preædedita merita singulariter illius generationis invenierit, ipse in nobis membra ejus, præcedentia merita multiplicata regnationsque. Neque enim retribuit aegi Christo illa generatio, sed misericordia. Sic & nobis ut ex aqua & spiritu renascimus, non retributum est pro aliquo merito, sed gratia trivit.

DE CAUSIS PRÆDESTINATIONIS.

19

tum. Non putare debemus priores nos dedisse aliquid, ut retribueretur nobis regeneratio salutis. Ille facit in hominibus principium fidei, & perfectionem in Iesum, qui secundum hancem & perfectiorem Iesum.

A Secundum quod etiam fide catholica sanc-
tum est, & in Tridentino contra hujus temporis hereticos definitum est, prædestinationem in ordine executionis, à meritis & bonis operibus dependere, saltem in adultis, quibus beatitudine conferatur, non solum titulo hereditatis, sicut patulus; sed etiam titulo præmii & mercedis, & tanquam corona justitiae, ut loquitur Apostolus. Sicut enim gratia definit esse gratia, si detur ex eo, ita & præmium cessat habere ratio- ne præmii & coronæ, si merè gratis, & nullis precentibus meritis conferatur.

B Iusti convenienter omnes Catholicci, sed gra-
tia difficultas est, & multorum ingeniorum tor-
gu, an ipsa electio prædestinatorum ad glo-
riam, seu intentio & voluntio efficax quam Deus habeat dandogloriæ electis, & per quam illos determinat a reprobis, quæ à quibusdam Decretum iudicavit, appellatur, supponat merita prævisa, & ab illis pendeat tanquam à causa motiva, cu-
jusvis autem Deus incitat & moveatur ad illos eligendos præ aliis? An verò illa sit purè gratuita, & exulta Dei liberalitate & bonitate præ-
dens, nec supponat merita & bona opera præ-
visa ut motivum eligendi, sed potius illa respi-
ciat effectus a le derivatos & procedentes. U-
no verbo punctus difficultatis est, an Deus inci-
pit discernere prædestinationem a non prædesti-
nato, per electionem ad gloriam, & deinde sub-
sequatur electio ad gloriam, & ad media quibus inabilitate gloriae consequetur? Vel an priùs eligatur unum præ alias ad gloriam, & ad media, se uerita, & postea ad gloriam?

C In qua difficultate tres repetio sententias.
Prima docet electionem efficacem prædestina-
torum ad gloriam, merita prævisa supponere, &
ab illis ut causa motiva dependere: unde pro-
priori ad prævisionem meritorum, solum reco-
gnoscit in Deo voluntatem inefficacem dandi
gloriam, prædestinatis & reprobis communem.
Ita sentent Molina, Vazquez, Lessius, Becanus,
& illi Recentiores.

Secunda sententia, quæ est Catharini, distin-
git inter eximè sanctos, & alios non ita excep-
ta tractatis, assertaque illos ante meritorum præ-
virorem efficaciter eligi ad gloriam, istorum
vero efficacem electionem merita prævisa sup-
ponere.

Tertia absolute docet prædestinationem non
sunt ex prævisis meritis, nec illa ut motivum,
sed ut effectus a le causatos respicere. Ita præter
Thomistas docent celebrites ex Societate Do-
ctores, Toleto, Suarez, Granado, Henriques,
Salmeronius, Ruizius, Maldonatus, Petavius,
Typhanius, & Bellarminus lib. 2. de gratia &
libero arbitrio cap. 11. ubi asserta hanc senten-
tiam esse traditionem universæ Ecclesiæ: Quam-
viam (inquit) ante exortans hæresim Pelagi-
norum Patres questionem istam non adè accurate tra-
taverint, sed tantum occasione oblatâ, breviter sen-
tentiam suam aperuerint, ut S. Augustinus docet libro
de baptismo cap. 20. qui tamen cap. 10. Cyprianum,
Ambrosium, & Nazianzenum pro hac sententia citat.
Ceterum post illam hæresim exortam, omnes omnino
quæ sententia nomine in Ecclesia claruerunt, hanc ipsam
sententiam aperiſſimè docuerunt, & perfidum est ex
S. Augustino in libro de prædestinatione Sanctorum, &

A de bono perseverantie, in libro de correctione & gratia, in Epistola 105. ad Sixtum, & alibi passim ex S. Pro-
spero in 2. libro de vocatione gentium cap. 1. & ultimo,

in libro contra Collatorem, & in responsione ad capitula Gallorum, ex S. Fulgentio in libro de Incarnatione & gratia Christi. S. Gregorio lib. 1. Dialogorum cap. 8; S. Anselmo, Beda, Primoſio, Sedulio, & alii in cap. 9. ad Roman. S. Bernardo serm. 23. & 78. in Cantica, S. Thoma 1. p. quest. 23. & S. Bonaventura in 1. sent. dist. 41. quest. 2. Neque solum sancti illi Patres hoc affir-
mant, sed antiquiores & doctores ex ipsis, quos ceteri
postea secuti sunt, ad fidem Catholicam hanc sententiam
pertinere tradunt, & contrarium ad Pelagianos rejiciunt.

D Notabo aliqua loca, ut si qui forte contra senti-
tunt, intelligent ex iudicio sanctissimorum Patrum, in
quo manifesto errore versentur. Et postea refert te-
stimonia Augustini, Prosperi, Petri Diaconi,
Fulgentii, Cœlestini, Leonis, & Gelasii, ac tan-
dem sic concludit: Itaque Sedes Apostolica, non tan-
tum semel, sed etiam secundum & tertium adversus Pelagia-
norum reliquias, pro defensoribus gracia, prædestinatio-
nis sententiam tulit, ut jam hec sententia, non quorum-
vis Doctorum opinio, SED FIDES ECCLESIAE
CATHOLICÆ DICI DEBEAT. Hæc Bel-
larminus. Ex quibus patet quam insipiente &
inconsiderate, Recentiores aliqui, sententiam
de gratuita prædestinatione, ad Calvinismum,
ve Jansenismum pertinere dicant: cum Do-
ctissimus ille Cardinalis afferat, illam ad fidem
Catholicam pertinere, & non quorumvis Doctorum
opinionem, sed Catholicæ Ecclesie fidem dici debere,
omnesque omnino qui sanctitatis nomine in Ecclesia
claruerunt, hanc ipsam aperiſſimè docuisse sententiam, &
contrariam ad Pelagianorum errorum rejecisse. Et cer-
te sine ingenii temeritate negari nequit, senten-
tiā illam de gratuita prædestinatione elec-
tione ad gloriam, maximum in Scriptura &
SS. Patribus, præsertim Augustino & Thoma,
habere fundamentum, ut constabit ex dicendis
paragaphis sequentibus.

§. II.

Electio gratuita prædestinatorum ad gloriam, authorita-
te Scriptura sacra firmatur.

Dico igitur: Electionem Prædestinatorum ad
gloriam non sicut ex prævisis meritis, nec illa
respicere ut motiva quibus Deus inducatur ad
illos eligendos, sed ut effectus ab ipsis derivatos,
& ad illam subsequentes. Hanc conclusionem
tam lape, & tam diserte docent sacræ literæ, ut
mirari satis non possim, quomodo à Catholicis
Doctore revocari possit in dubium. Omissis ta-
men pluribus testimoniosis, tria tantum brevitatis
causa exponam.

E Primum habet Lucæ 12. his verbis: Nolite
timere pusillus grec, quia complacuit Patri vestro dare
vobis regnum. Ibi Christus loquitur de elec-
tione efficaci prædestinatiois propria, ut indicant
illa verba, Pusillus grec, quibus datur intelligi, so-
lum cum prædestinatis esse sermonem, qui pu-
sillus grec appellantur, comparatione numeri
reproborum. Constat secundum, quia Christus
intendebat illos exhortari ut deponerent curam
temporalium; quia si complacuit Patri dare ce-
lestis regnum, quia magis de necessariis ad
presentem vitam curam habebit: si autem lo-
queretur de simplici complacentia regni cœle-
stis, non rectè id suaderet, cum ex illa non sequatur
effectus. Loqui autem de electione ad gloriam
con-